

IN OBITU PRÆMATORUM
DOCTISSIMI, ORNATISSIMIQUE
JUVENIS, DN.
RUDOLPHI

VVENDELINI,
Philosophiæ juxta ac Medicinæ Studiosi,
Viri Excellentissimi & Clarissimi,
DN. M. MARCI FRIDERICI
WENDELINI,
Gymnasij Anhaltini, quod est Servestæ, Rectoris
meritissimi, Theol. ac Phil. P. P. olim Filij natu-maximi,
nati anno 1616. d. 27. Aprilis; denati anno 1635.
d. 12. Julij.

ELEGIDION
SCHOLÆ SERVESTANÆ,
à
M. ERNESTO WULSTORPIO S. A.
hujus Rectoris, representata,

ET
Ejusdem Filiorum seu Discipulorum duodecim, primi in
classe primâ scamni civium, *συμπληθίας* & observantiæ declarandæ
ergò scriptum atque prid. Calend. Septemb. in primo
Auditorio publicè recitatum.

Prop. 1. 2. Eleg.

Quod si deficiunt vires, audacia certè
Laus erit, in magnis & voluisse sat est.

SERVESTÆ, Typis ANDRÆÆ BEZELII.

MOESTISSIMO DN. PARENTI

Sal. & Sol. P.

Filius tuus, Moestissime Dn. Parens, Patrone observande,
nuper obiit: Filius autem natu maximus & aetate grandior.
Hoc majus paterno cordi infl. etum esse vulnus, quod evidentior
in ipso fuit aetatis, artium, linguarum ac virtutum progres-
sus deprehensus, quodq; certior spes generis, firmiter senectutis obreo-
pentis Baculus futurus, ecquis ambigat? Dolentibus cum piâ Juv. suâ
illustrem reddere, christiana jubet pietas: Exercere discipulos
scholastica monet Sanctio. Opera igitur precium nos facturos esse,
nec extra functionis oleas facile evagaturos, judicavimus, se &
dolendo nos exerceamus, & exercendo pariter doleremus. Ecqui
autem nostrum dolorem mutuum clarius, quam publico aliquo te-
ste exprimere possemus? Testis ejusmodi est praesens istud **E L E G I-
D I O N**, in laudem defuncti tui (heu quondam!) carissimi Filij
concinnatum. Praevideat antegressa meditatio judiciorum varietate-
tem; nec tamen se à proposito deterreri passa est: Quippe gnara
Satyrici illius:

Velle suum cuiq; est, nec voto vivitur uno.

Et velle istud suum cuiq; pulchrum. Quod si ergo & nobis nos-
trum, quid mirum? Tenuitatem nostram agnoscimus miselli: A
candore tamen ac benevolentia candida etq; benevolam sibi senten-
tiam certo pollicetur causa bonitas. Enim vero me, **SCHOLAM**,
cui illustris Methodus suorum in declamando exercitium, nec non
ejusmodi tyrociniij positionem injungit, neq; ullibi, sive hoc, sive
alio id instituendi modo libertatem adimit, facile, opinor, ex-
cusat muneris demandati vel publica professio. Filiolos hosce meos
duodecim, primi in primâ classe scammii cives, qui, quicquid hujus
fecerunt, jussi fecerunt, purgabit obsequium debitum: Vtrosq;
sanè liberale exercitium; & hujus non facile deneganda parenti-
bus flagitatio. Adde, quod aliis integrum scholis, ijsq; laudi du-
citur.

dicur, quidni & mihi meisq;? aut cur vitio? Nec materia cantata
vel conditio vel prolixitas quemquã offendet. Si non haec, alia, quæ
nos exercuisset, fuisset, & fortè laudem reportasset utraq; parem
h. e. meliorem præ alterâ neutra. Placuit tamen in nunquam heic
tentatâ potius experiri, quàm in obviâ cuius ostentare vires. Nos
parvulos parva decere haut sumus nescij. Ad grandia molientes
sæ mirari, imo si & emulari tandem incipiamus, ne fortè rigidior
censura laudabili conatui obicem ponere quærat, etiam atq; etiam
rogamus. Tua verò, Mæstissime Dn. Parens, Humanitas hoc sibi
ultimi honoris Filio suo in isto nostro seu observantia ac amoris tex-
tuno seu styli exercitio exhibitum officiolum & studium quale
quale displicere ut ne sinat, obsecramus: & sic de instituti sui obtento
fine haud postremo triumphabit ac gloriabitur ELEGIDION
hoc nostrum, quod, unâ nobiscum, patrocinio ac favori tuo dicatum;
Nos verò omnes divina tutela commissos volumus. Dab. Servestæ
Col: Sept Anno 1635.

Excell. Clar. T.

Studiofissima, observantissimi,

SCHOLA SERVESTANA, EIUSq; FILII,

1. Andreas Marckmannus Servest. Anhalt.
2. Daniel Wolffius Servest: Anhaltinus.
3. Martinus Andermullcrus Servest: Anhalt:
4. Jacobus Hamelius Servest: Anhalt:
5. Christianus Bleberus Bernburg: Anhalt:
6. Joach. Frid. M. jerus Dessav. Anhalt:
7. Albertus Frid. Syburgus Magdeburg. Saxo.
8. Michael Krügerus Dessav. Anhalt.
9. Daniel Marzgravius Bernburg. Anhalt:
10. Michael Kintscherus Dessav. Anhalt.
11. Gottofredus Coppenius Servest. Anhalt:
12. Job. Ernestus Pultzius Servest. Anhalt.

ELEGIDION.

SCHOLA
SERVESTA-
NA à suore
presentata
Rectore exor-
ditur.

Nigra cheu! surgo, velataq; sindone pulla
Jam SCHOLA Rectoris voce animata
mei.

Leta abière procul; tetricum jam tristia vultum

Me properata nimis fumere fata jubent.

Occidis heu! RUDOLPHE, nimis properè occidis
cheu!

Teq; meus sermo penè cadente cadit.

Obstupescō, atq; mihi vox imis faucibus hæret,

Fata putanti animo *Vendeliana* meo.

Lingua loqui negat, aut loquitur saltè agrius,
atque

Singultus crebri verba decora premunt.

Rumpere claustra tamen linguæ jubet arcta do-
lentis

Grata in Patronum mens reverensq; suum.

Proponit. Ergo ego RUDOLPHI *natales* orsa, *parentes*

Cum *Patria* brevibus dispiciendo canam.

Cætera WENDLINO præconia debita panget

Natorum, quos hic duco, quadriga triplex.

Tu, qui mæstitiam testari ac prodere mentis

Mentibus afflictis tristia sensa jubes,

Lenis ades, nostrisq; juvans allabere cæptis!

Conarum *infantis* provehe, quæso, *Gregis*!

Vos acti huc magno, *Patres*, *Juvenesq;* dolore

Auribus atq; animis, oro, favete bonis.

Gens erat antiquis olim majoribus orta,

Ac tritavis potius, quàm sata for san avis,

Confirmat,
canendo DE-
FUNCTI

Quæ

Quæ veri malè gnara DEI, gentilis amatrix
Cultus, salvificà religione carens:
Tum bellis omnem diris famosa per orbem,
Externis terror, finitimisq; locis,
Tàmq; animi feritate sui, quàm fortibus ausis
Clara, feras gaudens cæde levare manus:
At prædis inhians, nunquam pacata paternis
Sedib; aut proprijs acta per arma focus.
Hinc ad Sudiros venit trans Albida montes,
Quâ medium vergit sol faciendo diem:
Quâ cadit, ad Salæ confluxum degit & Albis:
Ad Suevi, quâ oritur, fluminis usq; caput.
Sauromatas primùm dicebat Graja vetustas,
Corrupto Sorabos extera lingua sono.
Hæc totam incoluit populosa Misnidos oram,
Lusatiam superam, Saxoniamq; caput.
Nec contenta tamen captæ gens limite terræ,
Plura suis regnis ac potiora cupit,
Saxonicos populatur agros, belloq; laceffit
Francos, imperij non satianda fame,
Donec ab Alberto, repetitis cladibus, Vrso,
Heinricog, omnis cæsa Leone fuit.
Successit cæse deducta colonia genti,
Hospes & incepit jura tenere novus.
De prisca mansere tamen monumenta colonis
Multis, à Sorabis nomina ducta, locis.
Testis Sorbecum: testis Sorbesta, quibusdam
A Cerere ac Vesta qua Cerevesta cluet.
Vrbs, quâ Metropolin fama est habuisse colonos
Quam quoq; Metropolin fidus Anhaltus habet,

veteres patriæ
incolas.

Patriam.

▲ 3

Quippe.

Quippe Anhaltinas inter caput extulit urbes,
E Corylis quantum fraxinus alta suum.
Urbs, quam religio puris è fontibus ornat
Jugiter ad vitam proficientis aquæ:
Quæ malè putorem cisternæ exosa papalis,
Eluviem contra, si qua suborta, stetit.
Urbs modò pressa diu nimum, vexataq; bello,
Fermè emuncta opibus, viribus hausta suis:
Sorte tamen contenta suâ, firmissima quondam!
Seu valla aut spectet mænia, seu quis opes.
Area si decus est vicorum lata; Platææ
Spectator dicet: Tu mihi tota places.
Commoda si quis amat spaciorū augusta; domorū
Spectator dicet: Tu mihi tota places.
Aut rerum precium, quas postulat usus & esus,
Censor & hic dicet: Tu mihi tota places;
Pacificis né sui dicam sub Principis urbem
Felicem curis, imperioq; Patris?
Ipsa quidem templis sat nobilitata sacratis,
Atq; scholis, doctis nobilitata viris.
Parva ministerij manus, ast animosa, cohortes
Sæpius intègras traverat ense sacro,
Hic Themis æqua suis gaudet cultoribus æquis,
Jus largo tribuens munere cuiq; suum.
Hic claræ Linguæq; vigent, Artesq; docentur,
Et puræ Aonio fonte bibuntur aquæ,
Prudenti, doctoq; simul decorata Senatu
Curia, honoratis patribus ipsa domus.
Auri sacra fames & habendi dira cupido
Non agitat cives per mare, perq; nemus.

Scd

Sed facili arridet cum victu curta supelles
Et benè sat vivit, quem sua quadra manet.
Nec malè rusticitas turpis, vel fastus herilis;
Juncta probâ integritas simplicitate viget.
Non memoro urbanos, virtutū lumina, mores,
Concordes animos, civium amicitias.
Hisce tamen lucet Servestum dotibus auctum,
Nî superet multis oppida plura bonis.
Salve *Servestum*! carissima Patria, salve!
Certa boni Mater, Deliciaeq; meæ!
Italiam Naso, Sulmonem carmine Flaccus,
Ad suprema suis laudibus astra vehant.
Servestum, meritâ neutri virtute secundum,
Jam mihi materies tu mea laudis ades.
Nescio quâ natale solum dulcedine eunctos
Ducit, & immemores non finit esse sui.
Duxit idē hac Ithacū, sed quātâ! quando precatus
Fumum de patriis cernere posse focis.
Patria duxisti tantâ, Servesta, Rudolphum,
Vlnis complexum passa malè ire tuis.
Cumq; aliquando tuis esset digressus ab oris,
Non posse incolumem vivere, certus erat,
Nî, quod tum fuerat, malè firmi corporis omnem
Susciperet curam patria cura sui.
Tantus amor patriæ, ratione valentior omni,
Vsq; suæ! at potior nobilis atq; bonæ!
Fortia Trojano prodibant pectora, Trojæ
Exitiosa tamen pectora pestis, equo.
Te genitos quoties orbis tu mittis in oras,
Atq; in Anhaltinas Marte q; & Arte viros!

Ovid I de
pont. eleg. 4.

Nec

Natalem,

Nec patriæ pestes, peregrinis nec probra terris,
Sæpe sed antidotum grande sed auxilium.

Tu quoq; *Vendlinum* vitalē excludis in auram
Atq; enixa bonum næ! bona mater ovas.

Tunc, ubi sedecimum sol circumvolvitur annum
Post mille acta suis senaq; secla rotis,

Quando dies luget quarta ac vigesima Mensis,
Quem pariendo Venus noverat esse suum.

Omen erat dubium, tibi famæ à cive futuræ;
An per te civi lux magis clara foret.

Nato, denatoq; paris bona semina famæ,
Et laudis præfers dando, fovendo facem.

Ille autem quanto! quàmq; ubere foenore semen
Redderet, & famæ lumina clara tuæ!

Ni, testæ demendo oleum, pia fata negarent,
Et nuper messem præveniando tuam.

Ecquis enim dubitet, denato innata Parentum
Cognita cui virtus, vita probata, decus?

Parentes.

Haud Ephorus latet, aut vix ullum (credo) SCHV-
MANNVS,

Quem Dessæ audivit concio sacra diu,
Præsignem celebrare Ephorum nil attinet; Ipsum,

Sat, Mythen dictum nomine req; bonum.
Hoc fata sed mater fuit VRSULA vera RV.

DOLPHO,
Storge ac ursinis moribus *Vrsa* pijs.

Qualis enim informem lambendo molliter urfa
Formare, ac foetum fertur amare suum:

Talis & à primis vitæ per tempora cunis
Hæc prolem Genetrix finxit amore suam:

Fin.

Finxit, & effinxit, gustu virtutis & artis
Hanc prolem Genetrix inficiendo suam:
Finxit, & effinxit, doctrinae femina prima
Pectoris igniculis insinuando datis.
Tum vocem infanti praestit, poluitq; loquelam
Vernaclam ipsa potens mellea verba loqui.
Primitiasq; serens morum cum lacte, puello
Informi formam subdidit **VRSA** Parens:
VRSA Parens, verae speculum pietatis, Alumna
Morum, virtutum foemina maesta choro
At Matrem Genitor, quantum Phoebeia Lampas
Exuperat Poeben lumine, mole, situ:
Lumine, mole, situq; acies obtunditur ipsa,
(Crede mihi) obruitur dejiciturq; stylus,
Vivida commendat tersae facundia linguae
Dicendi artifices; Laus venit inde Patri.
Multiplici mentis decus est idiomate sensus
Possit efferre suae: Laus venit inde Patri.
Rhetoras insignes vox prorisa: at vorosa poetas
Evehit in caelum: Laus venit inde Patri.
Artibus enituit clarijs, scriptisq; libellis
Doctorum nucleus: Laus venit inde Patri.
Est decus in varijs Sophiae praecellere & Artis
Theiologiae studijs: Laus venit inde Patri.
Rectoris tenuisse locum non ultima laus est
Gymnasij illustris: Laus venit inde Patri,
Mitto virtutes animiq; insignia dona,
Ne vel adularix, quae modo praeco, ferar.
Moesse mihi, **FRIDERICE** parens, ignosce canenti
Vera tamen, meritis vox ubi muta tuis!
Mos est agricolis, rerum testante magistra,
Mittere culta bonum semen in arva, bonis.

B

Ee-

Ecquam tam egregijs censebitis esse colonis
Plantam, ac arboreæ fertilitatis opus?

Nata solo, agricolisq; bonis Arbuscula Noster
RUDOLPHUS, pulchro semine Planta fuit.

Infantiam

Ingenij Mater vires rimata latentes

Judicij sensit dona, memorq; caput.

Indicium hoc animi teneri variumq; laborem

Corporis excepit proxima cura sagax.

Ejectis, squalere solet queis sordibus ætas

Mollior, enituit corpore mundities.

Vtq; rei apta minus puerilia corpora agenda:

Acta tamen pueri sæpè dedere jocos.

Protinus idcirco melior cultura puelli

Accessit, cari cura labosq; Patris.

Ille piis ausis Genetricis cœpta colendo,

In melius vertit cuncta labore cito.

Ast ea, quæ fuerint, Natorum prime meorum

Nunc, MARCKMANNE, brevi fare age (posco)

metro.

*Discipulorū
primus Andr.
Marckman-
nus Pueris
etiam,*

Tu mater, Schola, me est æquum parere ju-
benti,

Da veniam, venâ pauperiore canam.

Aut saltē incipiā: Quis enim canere audeat ista

Par mihi balbutie menteq; inerte puer?

Ambigua in multis parvo de semine surgens

Natura est plantis, ingeniumq; later.

Indolis arboreæ nonnunquam incognita virtus,

Nec sterilis nosci, fertiliorvè potest:

Aut, si judicium quando subit ista coloni,

Copia peioris prævalet usq; bonæ.

Planta haud talis erat primo RUDOLPHUS ab ortu,

Cui tulit extremam frigida pausa necem:

Degere sed molles ubi vix jam cœperat annos,

Se bona prodebant corporis atq; animi. Spem

Spemq; suis magnam faciebat sanguine junctis,
Ingenii aucturus facta parentis ope.
Deliciae vernis matri fuit inde sub annis,
Deliciaq; aviae, deliciaq; Patri.
Patriaque aspectu demulcens lumina dulci,
Omni solvebat pectora & ora metu.
Sive sui ex animo dona elucentia gnati,
Sive bonam excuterent corporis effigiem.
Corporis en! formam cantabat splendor, eratq; *Interna cor-*
Conveniens membris harmonicusq; status. *poris bona.*
Neutrum extremorum maculabat labe figuram,
Sed tenuit justum forma decora modum.
Non hunc crassities ventervè gravabat obesus,
Sed nec erant nimium juncea membra tamen.
Commoda sed moles concinno corporis auctu
Duxerat ad pulcrum per sua fila decus.
In solidum robur vigor & produxerat augmen,
Et pulcrum in pulcro corpore pectus erat,
Vultus erat verus genitalis seminis index,
Pectoris ingenui nuntius atq; probi.
Aemula temperies Naturæ pulchrior almæ
Firmârat studijs omina dextra bonis.
Siq; vel in puero gravium vestigia morum
Videris, iste gravis, sive severus erat:
Siq; affabilitas in primis emicat annis,
Alloquio humanus colloquioq; fuit.
Luminibusq; inerat subnigris gratia, honore
Aspectum illiciens blanditiisq; suis.
Quale decus pandit cerasi maturior ætas,
Carpentemq; urget nigrior usq; color.
Frontis planities niveâ gravitate serena
Fecerat indicium pectoris ipsa sui:

Pectoris ingenui, fuciq; & hyprocrisis hostis;
Quod foret ingenuæ simplicitatis amans.
Guttore promanans vox grandior omen habebat
Ingenij grandis iudiciiq; bonum.
Incessusq; suo caruit non ipse decoro:
Non celer aut tardus, mistus utroq; fuit.
Paucis multa ferant: Compagi debita toti
En! structura suæ, debita forma fuit,
Ut censeretur vix quisquam ad Palladis artes
Aptior, & clarii grande laboris onus,
Donec temperiem fortuna exosa venustam
Incepit juvenis debilitare caput.
Atq; hæc in puero dona cluxere RUDOLPHO,
Corporis augmento sed tamen aucta sui.
Quoq; mage occulto corpus jam creverat ævo,
Clarior istorum copia visa fuit,
Non malè ut in primâ dixisset origine censor:
Hæc mens in pulchro corpore pulchra habitat.
Nam benè conveniunt & in unâ sede morantur
Pectoris & sani corporis omne decus.
Corporis aut formam vicit præstanti mentis,
Corpore quò potior mens generosa suo est.
Utq; RUDOLPHE, tuæ pergam præconia laudis,
Sors tibi erat dispar cum Salomone parùm:
Namq; & tu juvenis generosus & indole mirâ
Pulchræ animæ pulchrum germen adeptus eras.
Tu quoq; eras juvenis meliori fruge, tuæq;
Indiderat menti semina rara DEUS.
Utq; bonus totus; sic nullâ labe notatum
Venerat in corpus mens decorata suum.
Scilicet ingenii tibi erat prænobile acumen,
Quali non juvenum copia magna nitet.

Animi bona

Ju.

Judicijq; acies lucebat carmine digna,
Quantam vix ætas mollior ista capit.
Quid capitis memorem felicem deniq; sortem,
Quod meminisse potens, quod tenuisse valens?
Quàm vix egressus lustrum, producere vocum
Ipse latinarum vim seriemq; bonam,
Atq; efferre satis germanica multa latino
Quæsitus poteras, non sine laude, stylo!
Quæ vis ingenij, quod clarum mentis acumen,
Gignebat claro gaudia quanta Patri!
Nec pueris eadem parvis datur omnibus Ista:
Tam prompti ast animi gratia rara venit,
Hac animadversâ, Gnati Pater ipse nitentes
Incepit dotes excoluisse sui.
Sed tu jam potius culturæ edisere, WOLFI,
Hujus progressum, principiumq; doce.

N Empe ea prima fuit, potiorq; ea cura pa-
rentis
Filioli dotes excoluisse sui,
Et licet intentum studijs gravioribus ipsum
Vsq; exerceret grande laboris onus:
Abripuit pueri tamen admiratio chari,
Ac prima injunxit pensa paternus amor,
Ut curam vitæ gereret studijq; tenelli,
Perpolicias limâ cor puerile domi:
Ergo filiolum doctâ quò fingeret arte,
Doctrinæ justum fecit ubiq; modum,
Principiò docuit, pictâ sub imagine rerum
Literulas puerum, prima elementa rudem:
Prima at maternæ, latinxq; elementa loquelæ
Proposuit facili, quâ potuitq; viâ.

B 3

Nec

Daniel Volf-
fius Educatio
memo.

Nec sine successu: Quoties id passa laborum,
Moles, ac gravius dextra reliquit opus.
Literulas etiam, parvoq; labore figuras
Per lusum soboles imbibit atq; jocum.
Quam facili at cursu, quam fausto absolverit ausu,
Mirari subiit, dicere Musa vetat.

Pueritia Studia.

Sacrum Catecheseos.

Ipsi adolefcebat discendi magna cupido,
Pluraq; noscendi fervidus ardor erat.

Ergo Formator primo sub flore legebat
Optima scripturae dicta tenenda sacrae,

Quorum etiam nucleum ferme partemq; notarat
Discipulus. felix mente tenace bonam. (rit,

Est liber exiguus, Schola quem Christiana requi-
quemq; Catechesin Graeca loquela vocat,

Qui pueris monstrat sacri summaria verbi, (crum,
Nosse Patrem & Gnatum, Flamen itemque Sa-

Quique docet caros venerari rite parentes,
Et vero amplecti proximum amore suum:

Quo comprehensa hominum sunt argumenta salutis:
Qui superat precio cuncta metalla suo;

Qui lapis est lydius, quo solo inciticia vulgi
Noscere, & a falsis cernere vera potest.

Hujus cum primis didicit praeccepta libelli,
Nota probeque animo reddidit ista suo.

Dictaque Scripturae tenuit, firmantia textum,
Et potuit dubiis applicuisse locis.

Bibliorum,

Nec vero studium volvendi *Biblia* omisit,
Perdus ac pernox urit amore pio.

Idque vel in primis, matura ubi venerat aetas,
Qua, quae lingua legit, mens capit atq; sapit.

Profanum

Grammaticae

Latinae.

Nondum discendi in ignis satiata cupido,
Sed studijs junxit multa profana sacris.

Nam.

Namque ubi nunc ævum discendis artibus aptum,
Proxima *Grammaticam* discere cura fuit.
Grammaticas etiam didicit conamine summo
Leges, queis usus quotidianus eget. *Græcæ.*
Et græca adjecit solers monumenta latinis,
Quò docti posset nomen habere viri:
Nec tamen ipse nimis præceptis cautus inhæsit,
Auspice, sed cœpit vertere, patre, stylum.
E triviisque forent ne verba petenda loquenti,
Sed puro posset reddere dicta sono:
Ire per exemplum scriptorum nititur omne,
Ad rem qui nitidè fingere verba probant. *Styli exercitiis.*
Seque in materiis scribendo exercet, alumnos
Quæ bellè ingenuos detinuisse solent.
Nempe *exercitiis* præcepta nitescere nôrat,
Ac usu fieri splendidiora suo! *Ovid. 2. Art.*
Namq, exercitiis operum est prudentia major,
Solutus &, artifices qui facit, usus adest. *Ovid: 1. A. 8:*
Æra nitent usu: vestis bona quærit haberi:
Canescunt turpi tecta relicta situ. *L. 4. Pont. 19.*
Gutta cavat lapidem non vi, sed sæpe cadendo,
Et teritur pressâ vomer aduncus humo:
Sic homo fit doctus, non vi, sed sæpe colendo,
Vertendi & curam perpetuando styli.
Qualis & eximii, coelis educere molem
Qui parat insignem, prima ea cura fabri est,
Materiæ ut certam, quâ posset egere futuræ
Vsus structuræ, comparet ante struem:
Quàm magno incipiat fundamenta ponere nisu,
Pergat & inceptas ædificare domos,
Ne ligni lapidumvè vetet penuria coeptum,
Structoris turpi non sine labe sui:

Sic

Sic quoq; WENDLINI prudentem prima Magistrū

Quærendi tenuit sollicitudo penūs.

Materiamq; aptam legit, structura bonarum

Quæ tot linguarum posset egere sequens.

Quare collegit geminæ antè vocabula linguæ

Magno cum studio, cumq; labore gravi.

Cuncta suâ verò collegit origine prima:

Quæque vel ex alio, plurima, fonte fluunt,

Discendi pensum nato divisit in horas;

Absolvit felix ingeniumq; bonum:

Absolvit, majusq; dato potuisset, ad ipsam

Cursurus palmam nî cohibendus equus.

Dixit in hebdomadas repetendi pensa Magister;

Absolvit felix ingeniumq; bonum:

Inq; dies primis jungendo sequentia, quantam

Notitiam vocum congeriemq; tulit!

O fluxæ ingenij vires! venientia discens,

Quàm puer oblitus sæpe priora fuit!

Arboris hinc quæ cura solet surgentis haberi;

Talis & humano convenit ingenio,

Plantanda est arbor, tollendum & inutile pondus:

Ingenium pueri percoluisse decet.

Arborea & moles mage quò consurgit in altum;

Hoc major cultus, visq; adhibenda venit.

Crescit WENDLINUS; Crescit cultura: laboris

Pertæsum majus nec dedit istud onus.

Inde suis cultor collecta idiomata linguis

Sedulus adjecit, nominibusq; phrases.

Proposuitq; dies certum phrasium agmen in omnes

Discendum, caperet quas caput usq; memor:

Ceperat & Gnatus, puer impiger ipse laboris,

Cui studium assiduum mente tenere fuit.

Obe;

O benè sic factum! spectacula læta colonò,
Non falli cernit cum sua vota satis!
Ecqua voluptatum moles! quæ gaudia prolis
Nata hinc cultori! mille fuere Patri;
Hæc ubi deprêndit tanti momenta laboris
Grandia, culturæ præmia digna suæ.
Sed mihi Linguarum fundamina jacta bonarum
Sit satis incomptis exposuisse metris
Quod reliquum, ulterio structuræ proximo addet
ANDERMULLERUS liberioris opus.

TALIS WENDLINUS puer: At dū grandior ætas
Relictis nucibus, nobiliorq; venit! (ptas
Hunc adolescentem major capit ecce! volu.
Proficere in Linguis, Artibus inq; bonis.
Hinc, Latia ac Graja jacto fundamine Lingua,
Notitia haud nudâ polluit ipse rudis:
Incepitq; operam scriptis navare politis,
Verbaq; & ad praxeis applicuisse phrasas.
Quare sedulitas conjungit Græca Latinis,
Ac juvenem exercet mistus utrisq; labor. (Stat.
Nec nota hic pueris, nec scripta brevissima tra-
Sed prolixa satis, sed vel agenda viris-
Nec privata modò hæc studiorum cura, laborq;
Publicus iste labor, publica cura fuit.
Namq; suos Examen ubi produxit alumnos,
Patria quos doctos Gymnasiumq; fovet,
Noctis, cum scriptum græcè vertisse Latinum,
Græcus confessus quo Patriarcha fidem est.
Quæ meritam obtinuit censorum versio laudem,
Censuraq; gravi territa nulla fuit.

Martini Anno
dermullerus

Adolescentiã,
ejusq; studium
Linguarum,
Latina.

E

C

Nec

Nec vulgare genus dicendi scripta notabant,
Verum grande satis, conspicuumq; satis.
Quale gravis splendore styli studiosa juvenus,
Quæ jam formoso vernat in ore, capit.
Cura erat à teneris ipsi cognoscere Vates,
Quos scivit fontes eloquii esse sacros:
Ex quibus emanant Musarum & Apollinis alma
Artes & Linguae, pura medulla salis.
Quapropter Juveni studiose inquirere tantas
Res libuit, mores discere & inde pios.
Hinc incredibilis Phrasium mox copia venit,
Verborumq; , libros sæpe legendo, nitor.
Hinc quoq; cognitio variarum maxima rerum,
Quæ sit virtutum norma sequenda, docens.
Tectis Aristoteles fundens culto aureum ab ore,
Sermonis flumen cognitione rei.
Testis & est Xenophon, rerum Phrasiumq; nitore,
Qui vel nectaros edidit ore sonos.
Ivit in exemplum magnâ cum laude RUDOLPHUS,
Inque horum morem transit ille bonum.
Hinc idem Autores Græcos simul atq; Latinos
Promptus erat variis exposuisse modis.
Vox est, quæ nomen dedit ignorantia, fratrum:
Hæc sunt Græca; Legi non peregrina queunt.
Sed RUDOLPHI inerat melior sententia menti,
Qui poterat legere & noscere Græca puer.
Quique altâ nôrat percepta reponere mente,
Hæc juvene ingenue digna fuisse ratus.
Judicio asseruit Verbum meliore, quod æquo
Nullius in docti non volat ore viri:
Qui non Græca simul jungit documenta Latinis,
Iste viri docti nomen habere nequit.

Et

Græc.

Et Fortè occurrit si quædam vocula Græca,
 Non potuit Latio quam posuisse stylo;
 Vel, quam non valuit Græcè vertisse, Latina,
 Ingenii lapsus mox pudor ore luit.
 Gnarus erat Linguae Latine, Gnarusq; Pelasge,
 Callebat, quicquid vocis Homerus habet.
 Fecerat & certe progressum idiomate Grajo,
 Qualem non juvenum copia magna facit.
 Auribus hæc vestris ne me dixisse putate,
 Atque minus vero congrua & apta loqui.
 Vera loquor, quæcunq; loquor, quod nemo nega-
 Ignotus nisi queis ipse superstes erat.
 Queis pejore luto finxit præcordia Phœbus,
 Temnere Græca solent, temnere Hebræa solent.
 Quàm malè! Nam Græcæ sua laus & gloria Linguae
 Et laus Hebrææ est utilitasq; sua. (est:
 Linguarum Hebræa est princeps, reginaq; sola,
 Quæ de Evangelio plurima dicta canit.
 Linguarum mater simplex, nimiumq; modesta,
 Casta, severa, gravis, nil triviale loquens.
 Quæ volat in cœlum superas evecta per auras,
 Et sacro ætherij personat ore Patris;
 Non Satanæ tripodes, nō Delphica somnia jactans,
 Verùm oracla DEO dicta, profecta polo.
 Numinis æterni mysteria condita pandit,
 Terrea non redolet, cuncta sed alta sonat;
 Hæc Protoplastus primævæ stirpis origo;
 Hæc usi Patres, Angelicusq; chorus;
 Hæc leges scripsit Moses, prognostica Vates
 Veridici populo concinuere sacro;
 Hæc David Psalmos, Salomon proverbialia lusit
 Cœlesti cithara dulcisonisq; modis:

Hebraice.

Hâc olim Christus, lux & sapientia Patris,
Subjecit freno ferrea colla suo;
Suasit, persuasit, fures mœchosq; vocavit;
Hâc surdos traxit, saxaq; perdomuit:
Hâc Pater ore suo quondam est oracula fatus;
Censeturq; tamen Lingua profana DEI;
Quod si Linguarum placeat grandæva senectus,
Prima fuit terris; ultima forsan erit.
Ergo Linguarum cum fons sit primaq; origo,
Ex quâ vulgares, Græca, Latina, fluunt;
Cum non sit variis multum sinuosa Mæandris,
Sed facilis, simplex, clara, diserta, brevis;
Non nodos habeat, sed tollat, dogmata solvat,
Obscuris lucem præferat atq; facem:
Linguam non puduit sanctam didicisse RUDOL-
PHUM,
Nativisq; suis juncta elementa tonis:
Et voces citius memori quod mente notaret,
Possit & exactis disposuisse notis.
In Linguis magis nota alijs & commoda sensu
Proposuit vocum tum simulacra Parens.
Quippe magis nota sub imagine discernere rerum
Ignota, ingenium non juvat acre parum.
Sunt Linguæ affines, rebusq; affinia verba,
Et posse id fieri, quis dubitare queat?
Hâc latet in Lingua dubiæ si vocis origo;
Ex alia interdum noscitur atq; patet,
Dulcius ex ipsis hauritur fontibus unda,
Turbatis rivus foetet & acet aquis.
Maluit illum fontem gustare RUDOLPHUS,
Quam limosa sequi stagna palustris aqua.

Fon-

Fontem adiit Biblicum; mox, Linguae munere N:
Inde salutare providus hausit aquas. (brax,
Non ullo potuit novisse interprete Mosen,
Atq; Prophetarum condita scire libris.
Mirum, sed verum! specimenq; edissero rarum,
Quod notet ingenii docta sequela boni.
O utinam cunctis sit sollicitudo studendi
Discipulis eadem, contiusq; labor!
Tantum Linguarum studium fuit usq; RUDOLPHO!
Artium at haud dignum laude minore venit.
Cujus hic HAMMELIUS, melio me id pangere vitus,
Quem modò surgentem cernitis, orla feret.

Qui Linguarum aliqua sunt cognitione polito,
Se doctos censent jam satis esse viros.
Inde suis studiis vel finem ponere malunt,
Vel Linguis Artes jungere saepe negant,
Consilium imprudens! vix nam ratione loquela;
Vix etiam ratio voce carere potest:
Haud secus ingenia Linguae vix Palladis Arte,
Nec Linguarum Artes destituuntur ope.
Certum erat hoc Patri, jucundum Filio; Vterq;
Nam bene consilio junxit utrasq; bono.
Ergo sibi istarum princeps primordia sumit,
Quae Logica à græco nomine nomen habet:
Nomen habet sano sanæ rationis ab usu,
Quam magis informat, firmat & usq; magis.
Hæc ars est, alias pariter quæ conficit artes,
Atq; etiam effecit, quò foret ipsa, quod est:
Se fabricata ipsa est, sese conservat & ipsa,
Ingeniumq; hominis sulcit atq; regit.

4.
Jacobus Ham-
melius,
Studiū Artiū

Logica

C 3

Hæc

Hæc nisi nos reliquas ductrix bona ducat in Artes,
Semper in ambiguum nos trahet error iter.
Hæc, oculis hominum nebulas abstergit, & illos
Sejuncta à falsis cernere vera docet.
Hæc, veluti regina sedens, res judicat omnes:
In Sophia primum quippe tribunal habet.
Hæc ipsum superat solem: Sol namq; diurno
Dat nobis Lucem tempore, nocte negat:
Ast Logicæ fidus non occidit: Istud in ipsis
Nocturnis tenebris emicat atq; die.
Hæc quoq; delitiæ fuerant, hæc cura RUDOLPHO,
Quâ vix major ei, vix prior ulla fuit.
Nec sine successu! cœptam felicibus ausis
Hanc Artem didicit, nec sine laude suâ.
Huc ipsum ingenitum provexit mentis acumen,
Vni quod è multis rariùs ire datur.
Quæstio sive Locos fuerat tractanda per omnes,
Hanc potuit cunctis applicuisse Locis.
Sive resolvendum Thema venerat, Arte Magistrâ,
Hoc solvisse labor non operosus erat.
Non Argumenti confectio iussa laborem
Auxit, quæsito cum Ratione dato.
Præscripta hoc docuit certa à Patre Regula Natum,
Nec passæ à recto cedere calle Notæ.
Et quis per medias ductus ductore tenebras
Tâm certo ambiguum non graderetur iter?
Non ego blanditiis utor, sed vera loquenti
Jam pridem fecit res prior ipsa fidem.
Sed fermè exciderant majora prioribus ausis,
Quæ sicco non sunt prætereunda pede.
Auspiciis Logicæ ductus melioribus Artis,
De re sæpe gravi differere ausus erat,

Nec

Nec fat : *Rhetoricam* Logicæ conjunxit & Artem,

Cui nomen *fluxus* tradidit eloquii.

Rhetorices

Hac duce, res pacis florent & tempore belli,

Tradere & hæc verbi dogmata iacra docet,

Et cantare piæ præconia debita laudis,

Et precibus sanctis sollicitare DEUM.

Hæc ars sola viam dicendi monstrat alumnis,

Quâ primum possint voce tenere locum :

Quâq; voluntates hominum quâ flectere mentes,

Quâ dulci eloquio ducere ritè queant.

Hujus & auspiciis Artis ductuq; RUDOLPHUS

Sermonis novit lumina clara, Tropos,

Dictioq; una situ, seu jam sententia tota

Ornarat scriptum, nota Figura fuit.

Quas, quotq; Ars inculcat, habetq; Oratio partes,

Edidicit, pulchrè praxi adhibere potens.

Vos testes, placida dicentem quæ aure bibistis

Actyrocinium, pulpita, scamna, cito !

Vos, si fortè minus cui congrua dicta videntur,

Dictorum quæso constabilite fidem !

Est porro *referens accepta* Ars nomina *Musis*,

Exosa hoc, quicquid tristia corda parit,

Musices

Et perdocta gravem curarum pellere molem,

Cum res adversa perdita sorte jaceret :

Quæ virtute sua præsentem Dæmona pellit,

Vt celeri repetat Tartara sæva gradu.

Ferrens est, Lapis est, è duris cautibus ortus,

Tàm dulci quem non afficit ista sono.

Priscis si qua fides doctis, quæis credimus; ajunt :

Cum sua pleetra lyræ Musica Musa movet.

Saxa stupent, subitum dediscunt flumina cursum,

Ac filet implicitis sylvæ quieta comis.

Am.

Amplius ignorant fortes favire leones,
 Nec tygribus feritas, quæ fuit ante, manet.
 Qualis avis residens Philomela sub arboris umbra,
 Cum dulci promit gutture dulce melos,
 Blanda viatorem mulet, qui fronte serena
 Subsilit, & rectam nescit abire viam.
 Ecquid homo faceret? Fera qua dulcedine capta,
 Saxavè dicuntur, non caperetur homo?
 Non fera WENDLINUS, non saxum durius, ipso
 Durior aut saxo, vera vel ipsa fera.
 Musica præcepta hæc placuit cognoscere & ipsi:
 Mens Tactum, Pausas nosse Notasq; fuit.
 Siq; vel invita visus fecisse Minerva,
 Cœpit ubi blandum fundere voce melos,
 Arte laborabat quàm compensare ministra
 Organicisq; magis qui placuere, modis!
 Ergo nec ignarus moderatier organa, novit
 Ritè Figurali concinuisse choro.
 Scilicet organicis ludendi gratia chordis
 Pensavit vocistædia, siqua, gravis! (dor,
 Vidimus in templo specimen, quod & ipse recog.
 Arsq;, choro toto teste, probata fuit,
 Organicos alios quando non ultimus inter
 Cantores, sacros fecerat ipse modos.
 In laudes possem producere plura RUDOLPHI,
 Nî dare suaderet pluribus ordo locum,
 Tu, BLEBERE, igitur propera subnectere plura,
 Longaq; da facili, qua brevitate potes.

S.
 Christianus
 Bleberus.

Assum, nec tardare quidem nec currere pos-
 sum,
 Nempe meo mensus me modulo atq; pede.
 Cum tamen ipsa Scholæ matris pia iussa requirant,
 Defuncti & meritum, quanta valebo, loquar.

Græ.

Græcia, quæ studijs, doctrinæ floruit olim,
Et longo præstans tempore Marte fuit,
Totius in populi cœtu procerumq; corona
Ornabat fortes laudis honore viros,
Bellaci quorum dextra virtuteq; magna
Hinc procul à patria res benè gesta fuit,
Et recte! Quis enim Marti se credat iniquo,
Aut dubio? Laudis nî comitetur honos.
Quis patriam sumptis defendat strenuus armis,
Perpetuum si non surgat & inde decus?
Fas fanè, merces compenset ut æqua labores,
Quos juvat haud segnes sustinuisse bonos.
Nam nisi susceptum lucri spes urgeat alma,
Protinus eximium languet & alget onus,
Mercator tumidis nunquam se crederet undis,
Horrida nec miles sumeret arma ferox,
Nî lucrum prædamvè sibi fore speret opimam,
Quam tandem referat, Marte favente, domum.
Sic studijs pauci ingenuis, aut nemo vacaret,
Constaret laudis nî superesse decus.
Lausa vel virtus stimulaverat ipsa RUDOLPHUM.
Qui fuit heu! patri non leve pondus agri.
Hauit isè Clario doctos hinc fonte liquores,
Artibus & doctis invigilando libris.
Namq; huic, perceptis, modò quas audivim; artes,
Primis, complures noscere cura fuit.
Nec fuit ignarus doctæ temptorvè Poësis,
Sed iuveni notum carminis omne genus.
Quàm facili potuit versus componere Marte,
Pangereq; haud uno, non sine laude, metro!

Poëtica.

Seu

Seu res Antonia cithara varianda lyravè ;
Sive esset Graja fortè canenda tuba.
Ejus adhuc extant facilem testantia venam
Publica, & arato carmina scripta typo.
Ac licet hoc studium docto decus esse videret,
Attamen haud panis censuit esse lucrum.
Aritbmetices Hinc *Disciplina* properabat dogmata nosse,
Quæ dubium numeris scit solidare suis:
Quæ monstrat modulo sanæ rationis acuto
In partes numerum ducere ritè suas.
Cujus & ad quævis obeunda requiritur usus,
Qua res destitui publica nulla potest.
Hujus nec species modò, sed Progressio nomen
Cui dedit, ingenio Regula trita fuit.
Siq; vel impariter collata pecunia, novit
Cuiq; suum, sociis par reperire lucrum.
DE TRIBUS & potuit conflata invertere Normam;
Et binis Falsis, prendere vera, datis.
Seu numeri integrum, seu Fractio fortè daretur,
Fracta quoq; in solidum ritè reduxit opus,
Productum dubij si quid peperisse videret,
Exempla in promptu falsa probare fuit.
Nec ratio fuerat numerandi cognita plebi,
Sed passim faciens rarum operando modum:
Seu par, sive impar; pariter par, seu datus impar;
Seu primus numerus compositusvè foret:
Sive Geometrica dispositus fortè figura;
Sive figurarum liber ubiq; modo.
Nam fuit huic numerans brevitare *Logistica* nota,
Quæq; alia in Numeris abdita plura latent,
Quorum notitia, numeri compendia mira
Invenisse labor non operosus erat.

Sic

Sic suus hanc ipsum formaverat arte Magister,
Ut ratione nova; Sic brevior viâ.

Pòst erat & stellarum animus perdiscere cursus,

Astronomia.

Tradere quos publi culta *Mathesis* amat,

Qua poterat varios astorum noscere vultus,

Quæ mundi ætates, quæ ve sit effigies:

Quem peragat Phœbus, peragat quem Delia cursû;

Quod signa atq; orbes, signiferiq; gradus:

Quæve sit horarum ratio, quæ puncta diesq;,

Quoq; vel exurgat stella, cadatve loco.

Hic dignos *Sophiæ* progressus fecit alumno,

Illius auspicio &, qui proficetur, ope.

Nec mora: Consilio magni suasuq; Parentis,

Affine his studium jungere gnavus amat.

Ergo *Arti* incubuit, cui *Terra mensura* nomen

Fecit, terrestris cauta *Magistra* sitis,

Geometria.

Qua spacia haud visæ dimensus disita terræ est,

Et quæ quis docto digna labore putat.

Nec malè gnarus erat gemini, quo pingitur æther,

Ipsaq; terrarum machina tota, *Globi.*

Quæq; *Geometris* sunt organa plura, regendi

Non ipsum latuit notitia atq; modus.

Nec dum finierat *Sophiæ* per singula cursus;

Restabat studij liberioris iter.

Idq; en! *MEIERI*, quem jam prodire videtis,

(Si qua tamen puero est) pandere vena venit.

Discere conducit multum penetrare latentis
Naturæ, vires & sacra nosse bonum.

6.
Joachime

Friderice

Meierus.

Physices.

Hæc *Ars* ista docet monstrando viamq; modūq;,

Cui fecit nomen dictio græca *Φύσις*.

Ars, quæ nascentis tibi dat primordia *Mundi*,

Et rerum causas, quotquot in orbe vides:

Ars, quæ describit mortalis corporis omnem
Formam, quæ terram, quæ docet atq; polum;
Ars, quæ declarat, quid sol, quid luna, planeta;
Quid Tellus, Aër; quidq; sit Ignis, Aqua:
Ars, quæ depingit ventos, meteoraq; cuncta,
Quæq; notat plantas, atq; metalla soli.
Ars, quæ definit mortalis temporu vitæ,
Et quæ sit mortis præcipitata dies.
Hujus & occultas partes adiisse **RUDOLPHUS**
Ausus, & in numeris enucleare modis,
Naturæ mores subiit penitosq; recessus,
Qua **DEUS** hanc mundi temperet arte domum!
Isthæc præsertim didicit conamine summo,
Præq; alijs voluit reddere nota sibi,
Quæ lapidū, herbarum, florumq; arcana recludunt,
Et quicquid cunctis fertur inesse boni.
Idq; vel imprimis: studio, quod cura parabat,
Quò fore censebat commodiora suo.
Atq; hæc magna quidē pariebant commoda ma-
Sudore & docta scripta paterna manu: (gno
Scripta juventuti Clariæ prælecta Lycæo
Illustri pridem, quod **Cere** vesta tenet.
Imprimis **Physicum Systema** volumine justo,
Quem nuper luci prela dedere librum:
Quod præstat multis **Physicis**, ut sacra profanis,
Et scit naturam pandere, quæq; latent.
Quod demiratur lectorum cura bonorum,
Et, qui censorum nomen & omen habent.
Quod quis mirari; rimari sustinet alter:
Fors **Momus** melius reddere nemo potest.
Hoc studium **Physices** ubi jam pernoverat, odit
Barbaricam, mores nec tulit esse feros:

Ethico.

Ethico.

Echi: quæ sivit percurrere docta statuta,
Firmiter ac animo fixa tenere suo.
Hic verè didicit, quo pacto ducere vitam,
Et deceat mores instituisse bonos.
Inde gradus hausit, per quos prudentia habetur,
Qui vitæ maculis tergere ritè solent.
Hic verè sensit virtutum semina, quæq;
Jam facienda bonis, jam fugienda malis.
Huic civilis erat Prudentia proxima iustâ
Ars methodo, eradens urbi alimenta mali.
Quippe statu duxit poliendæ nomen ab urbis,
Quam vocat interpret lingua Pelasga πόλις.
Hac didicit, quid sit regni data sceptrâ tenere:
Quis bonus, aut peior quis sit in urbe status.
Nec satis huic, Artes jam dictas nosse: probare
Maluit & partas cognitionis opes.
Quare propositis thesibus, sub Præsîde certis
Errorum nugas contudit iudiciis.
Non artem referam, frugî quæ dicitur ipsa
A cura *Oeconomi* nomen habere suum. Cullus
Nec brevitatis amans, studium modò persequor,
Quo sine virtuti non tribuetur honor:
Quo sine præeritæ non esset mentio vitæ,
Et fugerent homines plurima digna fide.
Historicum dicunt, quo durant acta per annos,
Et sera possunt posteritate frui.
Cœperat huic tandem magnas impendere curas,
Nec vacuum historiae est passus abire diem.
Fertur enim meliore via systema, librosq;
Conscriptos tales proposuisse Pater:
Proposuit nato, filium ductumq; secutus
Qui Parris immensum sic peragravit iter:

Politices.

Oeconomices.

Historices.

Sic peragravit iter *Sophia* foelicibus ausis,
Vicitq; ambages commodiore via.
Ac tandem *Sophiæ* decurso tramite dix,
Ipse *Facultatum* gestit adire chorum.
Quod nunc ad placidas referet *SyBURGIUS* aures,
Cui vestra ut faveat mens studiumq;, rogo.

7.
Albertus Fri-
dericus à Sy-
burg.
Theologiam.

ERgo quærebat majora capessere semper,
Et rebus partis addere plura suis.
Hinc operam studio cœpit navare, quod ipsū
A *Sermone DEI* nomen & omen habet:
Quo nihil est majus, nihil est pretiosius unquam,
Vtile quodq; homini, quod placeatq; *DEO*.
Inferiora parum curans, sublimia semper
Cogitat, & monstrat, quæ bona, quæq; mala.
A falso verum rectè distinguit, & ista,
Quæ cœcum ingenium maxima dona putat,
Regna, voluptates & opes, tumidosq; triumphos
Sub pedibus calcat, pro nihiloq; putat.
Quo *Studiola* cohors felicia gaudia discit,
Gaudia, quæ nullo sunt peritura die.
Theologiam dicunt, cui sedulitate probavit
Assiduâ multos invigilasse dies,
Et fermè totum se mancipiumq; dedisse,
Ut nosset summi sancta statuta *DEI*;
Ut Patris verus posset sectator haberi,
Ac major Patriæ lausq; decusq; suæ,
Et promissa sibi melioris munera vitæ
Acciperet, vivâ donaq; digna fide,
Non sanè abstinuit curâ versare sagaci,
Quos *Codex* dius continet iste, libros.
Et mox *Theologicum* Patris systema labore
Conscriptum, ingenii sedulus hausit ope.

En

En verò! Quantum ingenii melioris acumen;
Quid formatoris cura, fidesq; queat!
Vix adolefcebat denos & quatuor annos
Binis cum sociis, queis labor unus erat:
Hic ea Theologici fecit momenta profectus,
Munere compendii subsidioq; sacri,
Vt non doctrinæ modò scita teneret ad unguem;
Quærenti & promptè redderet ista memor:
Sed quoq; firmaret concinnis reddita dictis,
Quæ complexa suis pagina sacra libris.
Et si quam Ectheseos peperit variatio litem,
Qua verum ambiguum cœperat ire viam,
Tum magis urgentium rationum momina iussus
Proferre, in medium, non sine laude, tulit.
Quid? Quod & adversæ potiora sophismata partis
Dissoluisse esset, qua decet arte, potis.
Mira cano; Sed rara cano; Sed vera, Magistro,
Qui fido docuit pectore, teste, cano.
Nec sat. Vbi prudens præcessit cura salutis,
Quâ mens æternum vivere digna, suæ.
Ilico corporibus medicamen quæritat agris
Ipse suis tandem viribus æger homo. *Medicinam.*
Scire igitur causas cupiens, fontemq; malorum,
Et melius vitæ consuluisse suæ,
Providus en / vires naturæ exquirere tentat,
Et quicquid tellus, quicquid & æquor habet.
Inde facultatem legit propriamq; dicavit,
Cui soli dederat seq; operasq; suas:
Olim quam phœbus coluit doctusq; Machaon;
Olim quâ Pœon clarus & ipse fuit:
Olim quâ plures sanè illustresq; fuere,
Vnde vel Hippocrati contigit omnis honor.

Quo

Quocirca assiduus medici decreta senatus
 Evolvit, segnis nec documenta bibit,
 Fecit progressum, sibi notitiamq; paravit
 Tempore, quantillum fert Medicina, brevi.
 Protinus herbarum quoq; propria nomina, formã
 Virtutesq; imas discere cura fuit,
 Inde etiam lucos, montesq; videre propinquos,
 Et visa aspectu gramina nosse juvat,
 Indeq; visurus miscendi Pharmaca morem,
 Sæpe subit tectum, Pharmacopola, tuum,
 Hic unguenta videt, succos dignoscit, & uda
 Plasmata, & expositæ pyxidos omne genus,
 Nec rarò inspexit præsens dissecta ferarum
 Corpora, rimatus viscera, membra, caput.
 Notitiam nôrat praxi meliore juvari,
 Constantesq; oculos artis adesse duces.
 Ergo peregrinas excurrere pergit in oras,
 Partisq; in patria jungere plura bonis.
 Mox Academia visus sat idoneus hospes,
 Doctrinæ affectat nobilioris opes,
 Vt studij optatam posset contingere metam,
 Atq; benè inceptum continuaret iter.
 Jamq; huc venit, ubi viget Heidelbergæ Camænis,
 Et præbet Clariis otia grata choris.
 Et cupit heic tandem cœptam pertexere telam,
 Ac gaudet studiis iuvigilare bonis.
 Verùm lætitiæ momentum quàm breve tantæ est?
 Proposuisse hominis, disposuisse Dei est.
 Vix quater implerat conjunctis cornibus orbem
 Luna, ad natales cogitur ire lares.
 Nempe valetudo studiis infesta RUDOLPHI
 Hoc ipsum suadet, de redituq; monet

Peregrinatio:
 sem.

In.

Inde redux omnem sanandi corporis ægri
 Curam habet, in Patriâ posse valere ratus,
 Et valet hic etiam per tempora certa, salutis
 Sed tamen ambiguâ conditione suæ.
 Intereâ dum fata sinunt cum viribus æqua,
 Sudores tolerat; sedulus urget opus.
 Utq; prius Linguis doctâ cum Palladis arte,
 Sic quoq; virtuti ac moribus inde studet. (RUS
 Non referam ipse tamen virtutes; Ecce KRUGE.
 Hæc sibi pensa capit; dicere promptus adest.

P Rincipium meritò *Pietas* capit, illa bonarum
 Princeps virtutum, quæ levat orbe viros.
 Quæ decus egregium est, & habet spectamen
 Indolis, ac Juvenû par imitamen alit. (honestæ
 Maxima quæ rerum est, semper tutissima nutrix,
 Quâ sine non ullum gloria pondus habet:
 Cui sunt terrena, & cui sunt coelestia curæ,
 Quæ verum ad cæli sidera monstrat iter:
 Quâ sine foetorem virtus expirat acerbum
 Omnis, & in vitium degenerare solet,
 Sola immortalis *Pietas* regina sub orbe est,
 Et quam posteritas carmine grata canat:
 Exemplum vobis imitabile sumite quæso
 Rege à Jessiade, Psalmographoq; gravi,
 Cujus ob insignem *Pietatem* respuit aure
 Durâ cunctipotens vota precesq; DEUS.
 Hanc quoq; WENDLINUS coluit, sub corpore succo
 Dum modò perviguit, dum modò vita fuit:
 Cum super Oceanum seniore à conjugè venit
 Diva, pruinoso quæ vehit axediem:

8.
 Michael Krug-
 gerus
 Pietatem.

E

Quan-

Quando diestenues medius contraxerat umbras,
Inque pari spacio vesper & ortus erant:
Auricomusq; dabat quando sua lumina vesper,
Condere jam vultus sole parante suos:
Tendere suppliciter junctas ad sidera palmas
Instabat, peragens debita sacra DEO.
Sive erat in templis, sive in penetralibus imis
Tecti, deprompsit pectore vota pio,
Justificaq; fide amplectens tua munera, CHRISTE,
Sincerâ coluit religione DEUM.
Audiit hinc templum sacrati nobile Flatus,
Dum mens cum sano corpore sana fuit,
Quid? veluti princeps pictorum pictor Apelles,
Picturæ adjiciens justa parerga suæ,
Deplorare diem quemvis consueverat, Artis
Quo non duxisset, tenvia fila suæ;
Sic quoq; WENDLINUS lucem, creberrima quâ non
Fuderat ad summum vota precesq; DEUM.
Non dicam, caros quo ornârit honore parentes,
Et fuerit quàm mens obsequiosa suis.
Semper inextincto flagrabat amore parentum,
Demulcens blandâ voce animoq; suos,
Si præstare illis poterat quoq; munia, gratæ
Indicium mentis, quàm mora nulla fuit!
Hûic fraternus amor, fratrum concordia cura:
Queis domus una fuit, mens simul una fuit.
Sic pius. At pergo: Quàm culta *Modestia* menti!
Quanta fuit ni veo pectore simplicitas!
Setenuem fassus, vinciq; paratus ab omni,
Eximiae effecit laudis honore bonos:
Ipse sed ingenii laudatî munera gnarus
Fronte verecundâ disimulare sui,

Modestiam.

A

Atq; suæ mens concessas indolis artes,
Momentum duxit grande modesta sequi.
Moribus instruxit generosum pectus honestis,
Clarus amore domi; clarus amore foris,
Nil hic de studiis, de sedulitate diurnâ
Nocturnaq; iterum dicere multa juvat.
Majorum exemplo vix matris ab ubere raptus,
Doctrina semper mens studiosa fuit.
Palladis ingenuas animum demisit in artes,
Ad grave nequicquam desidiosus opus.
Gaudebat terrici venerari iussu Magistri,
Integra ut ætatis vis, animiq; vigor.
Doctrinæ sitiens libabat faucibus almos,
Quos undare ferunt ex Helicone, lacus.
Sudabat teneras, nec cultor inutilis, artes
Ad matutinas applicuisse moras.
Pernox pernices & perditus extulit alas
Ardor ad immensum Pieridum Oceanum.
Strenuus eximiam studuit sibi quærere famam,
Quæ juvenis nisu cresceret aucta viro.
Exemplo pueris sic prælucebat honesto,
Invigilare docens nocte, dieq; libris,
Nam quæ devorum pietatis & artis alumnorum
Ferre decet, fecit sedulus atq; tulit:
Plura quidem nossem, liceat si ponere crambem
Bis coctam, aut comiti claudere cundo viam,
Quod nolo Pergas, MARGGRAVI, carpere latam,
Quâ mihi non licitum longius ire, viam.

Φιλομα-
ΐειαν.

IN vitis prorepe quidem, sed surgere iussum
Virtutum series urget & ordo monet.
Officij WENDLINUS enim mandata sequendo
Et fidos monitus, *obsequiosus* erat.

9.
Daniel Marg-
gravius.
Obsequium.

Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum,
 Aufus tam notas commaculare manus.
 Sed dignas tanto persolvit crimine poenas,
 Et qui non tulerat verbera, tela tulit.
 Non leotalis erat noster, nec mente rebellis,
 Nec formatorem læserat ipse suum.
 Promptus erat semper jussis parere paternis,
 Consiliumq; ipsi virgula dia patris.
 Nec monitis surdas maternis præbuit aures,
 Quin isti verbum, verberis instar erat,
 Siq; ab eo pietas vel vultu læsa fuisset,
 Labem exorassent mox pudor atq; dolor.
 Nec patrum offensas patitur dilectio vera,
 Si qua in natorum pectore nata latet.
 Huc invitabat prolem benedictio patris,
 Quæ natis ædes ædificare solet.
 Terrebat contra diræ maledictio matris,
 Ædes quæ structas dejiciendo ruit.
 Divinum in primis jussum servabat, honorem
 Quod patrum dicat, dicat & obsequium.
 Discite vos nati reverenter habere parentes,
 Et præstare illis, quos decet, obsequium!
 Verùm quàm verum! *Probitas laudatur & alget:*
Perversos gratis nam piget esse probos.
 Hinc floccipendunt dicta ac præcepta parentum
 Ignavum, petulans, degener usq; pecus.
 Doctores spernunt, nec jussa paterna capessunt,
 Donec pro meritis præmia digna ferant.
 Tantæ purus eras labis, WENDLINE, parati
 Strenuus obsequii cultor, *amansq; probi!*
 Te quot enim nôrunt, & vitam puriter actam;
 Laudatæ testes tot probitatis habes,

Probitatem.

Vite

Virtutum nec enim *Probitas* est ultima, quamvis
Rarior in terris conspiciatur avis:
Multa quidem externâ multi de pace loquuntur,
Dum tamen in medio pectore bella gerant.
Mercurij rectum callem tibi monstrat imago,
Quam tamen ostendit, non tenet illa viam.
Huic statuae similem probitatis jure magistrum
Dixero, cui probitas non sapit ipsa tamen.
Impia fax mundi turbæ est infesta piorum,
Dissimiles animos nec tolerare potest.
Ridet nolentes opibus præsentibus uti,
Sperantesq; sibi credita posse dari.
Hæc noster sprevit, populis opprobria sanctis;
Quæ stultè jaciunt corda aliena DEO.
Addo, quòd ingenio natus promptusq; gerendæ *Candorem,*
Fronte inimicitiae, fronteq; amicitiae, (hostis
Quam modò mundo amat malefano hyprocrisin,
Hostem odit, *veri candidioris amans.*
Non aliud suo in ore, aliud sub pectore gesit;
Quin animi ostendit candida sensa sui.
Dicta, voluntates, alienaq; facta probavit;
Non rosit, morbi conscius ipse sui.
Non huic suspicio, vel opinio perfida amico,
Non aulae, mundi non simulatus amor.
Quin magè lætatus lætis rebusq; secundis,
Et benè sincerus maluit esse bonis.
Et quî non faciat, cui stat tam pectus apertum,
Cui lenè ingenium, tamq; quietis amans?
Prompta refragantes capit *indulgentia* mentes, *Mansuetudo*
Asperitas odium lævaq; bella movet. *nem.*
Odimus accipitrem, qui semper vivit in armis,
Et pavidum solitos in pecus ire lupos.

At caret insidiis hominum, quia mitis hirundo est,

Quasq; colat tures, chaonis ales habet.

Este procul lites, & amaræ prælia linguæ!

Dulcibus est verbis mollis alendus amor!

Discitur in Satanæ morum truculentia ludo;

Namq; quod est, alios id docet esse Satan.

At nos esse docet Christi schola pectore miti:

Namq; quod est, alios Christus id esse monet.

At veluti lignum latices sanavit amaros,

Injectum à sacro vate, jubente DEO:

Sic studiis adhibere solet moderamen acerbis,

Infit cordatis mens moderata viris,

Mens moderata fuit talis donata RUDOLPHO,

In quo non vindex visa erat ira mihi.

Fortè illaudatos mores si nôrat amici;

Vt non laudârit, non tamen odit eos.

Atq; hinc enatum quoq; par insigne sororum;

Concordis studium cordis, amicitia.

Φιλανθρωπία Quippe quietis erat placidæ studiosus, & omnes

Pectore non ægro ferre patiq; potis:

Tranquilla nunquam coluit non fœdera pacis;

Non fax rixarum dissidiivè fuit.

Auditum nec enim, sparsisse hunc semina litis,

Aut turbis ullis se sociasse malis.

Si quid dissidii pariles fuit inter alumnos

Fortè ortum, id cordi composuisse fuit.

Nec fumos facio, vel palpum vendito verbis,

Testem vel vestram notitiam ecce cito.

Amicitiam. Ecquid at hinc potuit sibi quàm peperisse favorè

Ac sociæ certam pubis amicitiam!

Et

Et peperit quoq; apud quosvis sibi sanguine junctos,
Aut mensa & studiis, queis in amore fuit.
Reddidit obsequium cognatis atq; supremis,
Officia æquali qualiacunq; gregi.
Hinc & amicitia raræ fons ortus, ut haud sit,
Huic hostem qui se fortè fuisse sciat!
Sed pensi satis esse mei puto; Protinus addet
KINTSCHERUS, si quid noverit esse super.

Nimirum superest, juvenē ut studuisse Pudori
Atq; *verecundo more* fuisse, feram.
Multis spurcities hæc mundi fece probatur,
Queis obscœna magis, quàm pudibunda placet.
Qui verbis factisq; simul, qui gestibus ipsis
Prostituunt animi purida sensa sui.
O scelus! ô pestis! scelus ipsa ô peste piandum!
Corde hoc WENDLINUS fugit & ore scelus.
Si quid inaudisset spurci, pia abhorruit auris,
Cernere si posset, lumina cœca tulit,
Obstruxit foedis aures, occlusit ocellos,
Tanta *verecundi cura pudoris* erat!
Idem nec solus, nec cum peccante sodale
Turpia patravit, vicit ubiq; pudor.
Ut quoq; suppeteret multarum copia rerum,
Patria quas potus cella cibiq; tenet.
Attamen à placido quæ fert *moderamine* nomen,
Edocuit *virtus* abstinnisse gulâ.
Nunquam se vino, nunquam sese obruit escâ,
Ingluviem exosus, sobrietatis amans.
Cum laudem in poclis decoctrix turba nepotum
Quæreret, id crimen censuit esse sibi.
Nam procul hinc aberat vitii suprema magistra,
Ebrietas, hominum rebus amara lues.

Hinc

160
Michael King
scherus.
Pudorem

Temperantia
am.

Hinc aberat luxus, merfaq; libidine vita,
Perdita cui juvenum pars numerosa studet.
Hinc aberat scelerum mater foecunda, voluptas,
Quae furia ingenuis insidiosa bonis,
Quaeq; prius frangit mortali in corpore vires,
Quam, dici vires cur mercantur, habent.
In studiis viguit RODOLPHI industria nostri:
Marcida nec voluit moribus esse bonis.

Urbanitatem

Odit mordacis convitia livida linguae,
Quae punctus gladii vincere acuta solet.
Nec facile est passus scurras obscœna jocantes,
Quorum non paucis dulce sodalitium.
Extitit *urbanus* salibusq; *facetior*; at quos
Conditos hilari retricitate daret.

Civilitatem.

Gratus erat magnis, gratusq; minoribus: omni,
Qui cum contigerat vivere, gratus erat.
Id quod & emeruit *morum concinna venustas*,
Quae verbis, factis, gestibus eminuit.
Vsq; adeo ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros!

Patientiam.

Rebus at æquavit lætis, æquavit in arctis
Ingenio mores, moribus ingenium.
Fortunam siquidem novit reverenter habere,
Cujus *inoffensa* verbera mente tulit.
Cernere erat, juvenis cum jam violentia morbi
Tabifici tenuit languida membra toro;
Nil hoc impatiens *Patientia* reddita tractu,
Nec fregit longus mascula corda dolor;
Quin obturavit, contraq; animosior ivit,
Committens Domino seq; suumq; statum,
Sed jam CÖPPENII, morbos mortemq; daturi,
Dicta favor facili pronior aure bibat.

Eheu

Heu! Quàm fragilis vita est! Quàm nescia fati
Omnis mens hominum! quàm subitæq;
vices!

II.

Gottfriedes
Cöppenins.

Pirithoo ecce! parem, nervoso robore, donis
Eximiis juvenem, præditum itemq; pium!
RUDOLPHUM juvenem, qui dignus vivere in annos
Nestoreos, gravibus sors premit atra malis.
Aspera cum pulsâ cessarent frigora brumâ,
Ac Phoebus veris tempora læta daret,
Quo viridi vestit se dædala cespite tellus,
Arbor & umbrosas explicat alta comas;
Quo plaudunt saliantq; greges, tectæq; sub altis
Frondebis argutæ consociantur aves;
Quo vario exultant spirantes germine campi,
Pictaq; multiplici flore superbit humus;
Quo fluviiis piscis, volucris quo ludit in auris,
Lataq; dulcisona carmina voce canit:
Cumq; dies esset toti venerabilis orbi,
Quâ victo Christus Damone victor adest:
Tum vis infirmi juveniles corporis artus
Tentat, & invadit *calculus*, acre malum,
Quo misere morbo, pleno semel orbe coissent
Cornua dum Lunæ, discruciatu erat.
Ast illi curâ medicorum ac arte levato
Mox successerunt *tussis* & *asthma* grave:
Qui prodromi lentæ prodebant semina tabis,
Quam Græci dicunt voce frequente *Phthisin*.
Tum quoq; lethiferam *febrim* sub corpore sensit,
Torrentem ardenti languida membra foco,
Ac, quàmquã validam medici applicuere medelã,
Attamen hujus redijt, quæ fuit antè, salus.
Nempe quod intendit mors arcum, & missile telû
Hærens pectoribus vulnere cæca facit,

Morboz.

F

Non

Non semper medicina potest relevare dolorem,
Sic quamvis morbos tollere sæpe potens:
Non Atlantiadæ gladius; non Palladis ægis;
Non clava Alcidæ; non cataphractus eques;
Non Arabum Gazæ; non quod Pactolus & Hermes
Eruçant, mortis vulnera dira levant:
Ut rosa manè nitens post solis aduritur æstu:
Talis vita hominis flosque vigorque brevis.
Liquitur ut fumus, tenues & transit in auras:
Labitur ut sermo; penna uti vita fugit.
Hinc ægri infelix macies in corpore toto,
Pallorque ac crescens ore sedebat iners.
Afflictus multas jacuit noctesque diesque,
Ancipiti vitæ conditione suæ.
Et, dum luna quater renovata retexerat orbem
Plenum, decubuit languidus atque miser.
*Scilicet à dicto Martis cognomine mense,
Sextam & bis denam Julij ad usq; diem.*
Tum Christo fundens ardentia vota preceisque
Extremum vitæ clausit in orbe diem;
Clausit in orbe diem, mortis vix indice viso:
Meta videbatur ultima abesse procul:
Cum tribus ætatis lustris quarta addita messis,
Ac ternas esset Luna remensa vias.
O dolor! ô rabies! ô inclementia mortis!
Præstantem juvenem quæ rapis ante diem!
Sic plerumq; rapit præcox violentia leti
Optima! sic tollit quæq; rapace manu!
Atq; bonis sic est aliquod malè numen amicum!
Heu vitæ fallax flosculus orbe brevi!
Qui nascens simul ipse suo denascitur ortu,
Cujus principium fata suprema legunt

Haud

Haud vitem spoliat crescenti vinitorū ūvi;
Nec fruges messor colligit ante diem:
Ast sævam mors cruda manum crescentibus annis
Injicit, & nullâ corpora lege metit.
Vix orimur, morimur, finisq; ab origine pendet:
Ipsa nostra magis vitrea vita vitro est!
O hominum inimites generi duræq; sorores,
Quæ trahitis rigidâ pensa severa colo!
Vel tria vivendo transcendit secula cornix.
Cornicis superat secula corvus iners:
At rapidâ nobis ævum velocius undâ
Evolvunt celeri stamina vestra manu.
Adde, quod ætatem cum pellibus exuat anguis,
Cum rugis pietas non ferat ulla moram.
Quin etiam viridi rursus de cespite surgunt,
Mortua quæ nuper gramina luxit hyems.
Hesperioq; rotas ubi lavit in æquore Titan,
Ad nos deterso pulchrior axe redit:
Ast homini neq; prima, annis revirentibus, ætas,
Nec styge merfa semel vita redire solet.
Ergo jaces, WENDLINE, jaces non redditus ævo!
Ergo jaces, clarij Laus Columnenque chori!
En! nostræ tecum perierunt gaudia Musæ,
Et tecum mutæ conticuere Lyræ.
Nec potis ingenii promptas intendere vires,
Obruta mœstitiæ nube Thalia gravi.
Nec potis est dulces conando extundere foetus
Culta serenatæ carmina mentis opus.
Ceu torpere gelu, quod desolata patrono
Daulias Ismario mox philomela solet,
Nec solitas agitat Nymphis admixta choréas,
Non ic̄tum plectri verberare lassat ebur:

F z

Scd

Sed loca luctisonis implet deserta querelis,
 Atq; Aganippæas fletibus auget aquas.
 Balbus ego reddor; Tu noli horrere sepulchrum;
 Nam quo te recrees, hic tibi somnus erit.
 Matris ut in gremio recreatur suaviter infans,
 Dum brevis instaurat membra tenella sopor:
 Sic refovebuntur tua dulci membra quiete,
 Natali fueris cum tumulatus humo.
 Hic tibi nec curæ, nec tædia temporis ulla,
 Nec quicquam, te quod lædere possit, erit;
 Hic tibi, quos suavi somno transegeris annos,
 (Credè mihi) modici temporis instar erunt.
 Nec tamen in terræ gremio sine fine manebis,
 Ast aliò Christus, te, tua vita, trahet.
 Cum tuba cœlestis spatiosum perstrepet orbem,
 Atq; novæ vitæ dux manifestus erit.
 Tunc, postquam reprobos nigro coneluserit orco,
 Donabit gratis cœlica regna piis:
 Cœlica regna piis iudex donabit, & inter
 Hosce tibi esse suâ pro bonitate dabit.
 Quod voveo, & sperans cesso: Tu jã, ultime, PULTZI,
 Si tibi, si qua super, da colophona brevem.

12.
 Johannes Er-
 nestus Pub-
 litzius
 Concludit:

Quam citò res, citò spes mundi variantur, &
 omne (bis, abit!
 Quam citò ad interitum, quod capit or-
 Quam citò fors, citò fors hominũ mutatur, & idem
 Qui modò floret, homo, mox miseraret humo!
 Quam citò ros, citò flos, citò gramen, quam citò
 Et rosa prætereunt, tam citò vita fugit! (bulla,
 Sic cadis, atq; ipsã jam tum vernante juventa,
 Herba velut sævã falce resecta, jaces.

Memorando
 opinionẽ post
 mortem.

Sic cadis! & citius forsan, memorate RODOLPHE,
 Rore, vitro, bullã, gramine, flore, rosã:

Sic

Sic cadis, ah fateor! præ multis dignior unus
Annosæ longas vatis habere dies!
Heu fatis abiit functus, præiitq; RUDOLPHUS
WENDLINUS, clarii Parsq; Decusq; chori!
Non tamen hic periit lugubri carmine dignus:
Dignum laude virum Musa perire vetat!
Fama manet, bona fama manet post fata superstes,
Nec facilè in multos deperitura dies. (nebit:
Dum remanent, hunc qui norunt, hunc fama ma-
Dum mea lingua potest plectra movere, manet.
Dum quis non deses virtutum præco manebit,
Laus quoq; RUDOLPHUM salva manebit, erit.
Nam rarum virtutis erat spectamen, & aucti
Exemplum juvenis, *mentis & artis ope.*
O pueri! o juvenes! animiq; & corporis amplis
Dotibus ornati, conspicuiq; bonis,
Discite, & exemplo virtutem discite docti!
At ne corporibus fingite secla bonis!
Nil robur virtusq; juvat, discrimine nullo
Demetit humanum trux Libitina genus.
Verùm quo relevem Patris solamine mentem,
Quæ tanto casu turbida facta dolet? *Solando Pæ-
rentem.*
O dolor! ô luctus! ô angens lucta parentem!
Quæ lugere facit cum Genitrice Patrem.
Haud opus: Agnoscit feriem fati ipse, quod instet
Cuiq; modus certus funeris, hora, locus:
Nil sit, nil pereat, quod non sua origine, motu,
Interituq; DEI pendeat arbitrio!
Prima istud causa est causæ omnis, causaq; causas
Ante omnes rerum, quas vagus orbis habet.
Dic, Pater! ô fili! non te revocabo sub usum
Vitæ, quin ad te, ceu mea vota, ferar.
Illico vicisti vitæ mala, jamq; triumphas,
Vividior vitæ quâ fuga tuta patet. F 3 Ist.

Istud nempe bonum est, quod avebat mens tua
 Præq; videns fati limen adesse tui. (spectans,
 Quæ fuerant olim tibi, jam sunt ordine verso
 Nubila multa soli, jubila plura poli.
 Nunc tu, quæ vultu spectabas antè supino,
 Sub pedibus cernis sidera clara tuis. (ror,
 Nunc tibi mæror abest & abest tibi terror & ho-
 Lataq; nunc mens est atq; quieta tibi.
 Pro lacrumis, gemitu & mortalis imagine vultûs,
 (Quas hîc iste apinas nequior orbis habet)
 Percipis, effundis, cernis, sacra, cœlica, summum,
 Auribus, ore, oculis, jubila, vota, DEUM.
 Alma dies ô si veniat, quæ jungere possit
 In Paradisiacis me tibi lætitiis!
 Felix, qui mundi & Cacodæmonis effugit ictus,
 Cujus & est factus tutior inde locus,
 Ferrea nam soboles caput extulit, effera Martis
 Vis it vastatum florida quæq; soli:
 Justitiam superans terrarum injuria totum
 Perniciosa orbem permeat atq; premit. (oris,
 Sancta fides hominum procul his, procul exu lac
 Fugit & ad sedem pax violata DEI.
 Christicolæ exilio mulctantur, morte, minisq;
 Quos capiet cœlum, cum neget usq; solum.
 Innumeriq; mali stimulis punguntur acerbis,
 Quotquot collustrat Phœbus ab axe poli.
 Sis facilis placidusq; tuis, mitissime Jesu!
 Conserva verbi dogmata sacra tui!
 Sis statio vitæ! Sis portus & aura catervæ,
 Cui pietas cordi est, noscere teq; placet!
 Da pacem optatam / bellorum pelle furores!
 Et Martis sævi sæva pericla fuga!

Precando ac
 vovendo pa-
 g. 557.

Hunc

Hunc ludum defende bono! defende Scholarchas,
Et tege cultores morum, animiq; Patres.
Nos quoq;, quos virtus ad honestas excitat artes,
Flaminis ô foveat lenior aura tui!
Sed fronte accipite, ô Patres, juvenesq;, serenâ
Quod mens infantis linguaq; grata refert:
Grata refert humilē memori cum pectore cultū,
Quæ duo si tanto digna favore, sat est.

Gratias agens
do.

F I N I S.



Hinc iustum defende benevolentiam scholarum
Et ego auctores morum, animi, aures
Nos quoque, quos virtus ad honorem excitat aures,
Flammis fovet senior auras tui
Sed fronte accipere, o puer, iuvenum, scien
Quod mens instantis lingua; gratia tectis;
Cuius mentis in memore cum pedore tui
Quae duo si tanto digna favore, in est.

Gratia agni

DE

FINIS
DR. MATTHIAS MULLER

Superiori

Corpus vero

Anno recuperatae gratiae

M. DC. XXXVI



Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

VDA







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

MATURUM
ATISSIMIQUE
DN.
ALPHI LINI,
Medicinæ Studiosi,
Clarissimi,
FRIDERICI INI,
et Servestæ, Rectoris
olim Filij natu - maximi;
denati anno 1635.
ON
ESTANÆ,
TORPIO S. A.
sentate,
m duodecim, primi in
& observantiæ declarandæ
Septemb. in primo
itatum.
lacia certè
voluisse sat est.
REÆ BEZELII,